non posse rationibus per partem citatam introductis. processu Actores partis sufferre censuit et eodem bene obtento citatis procedere decrevit. A quo Decreto citata pars ad Judicia Ordinaria Generalia Tribunalis Regni Lublinensis appellavit. cui appellationem Judicium hoc idem admisit. Terminumque prosequendae et continuandae eiusmodi appellationis in illis Judicijs Tribunalitijs Regni Lublinen ab actu praesenti in sex septimanis. aut dum ex Regestro causarum officij ad iudicandum legitime inciderit Parti utriq[ue] peremptorium et paratum prefixit et conservavit.

Inter G. Wyszynskie et Gnosos Baykowskie. Appellatio

In Causa et Actione Judicraria infrascripta Judicialiter mota et vertente Inter instigatorem Judicij praesentis et ips[ius] delatores Generos[um] Matheum Jatbrzyk Wyszynski Subiudicem Terrae Bielscensem: Catherinam Joannam filias olim Generosi Petri Jatbrzyk Wyszenski praesertim minorennes virgines innuptas cum eodem Generosi Subiudicis Terrae Bielscensis avi et Generosi Joannis Jatbrzyk Wyszynski patrui assistentia Actores. Et Generosos Paulum Generosi Sebastiani Baykowski Camerarium Campestrem Terrae Bielscensis filium ac Zophiam Wyszomierzowna relictam et Thomam olim Generosi Jacobi Baykowski Camerarij Terrae Bielscensis filium de Baykei haeredes ad banniendum et de Regno Poloniae Dominijsque eidem annexis proscribendum citatos ob denegatam Rumationem seu fortem de Brachio Regali intromissionem in bonis desertis per Liceos gerentem officij Ministerialem et Nobiles duos officiose affectas. Rigore ips[ius] perlucror in officio praesens in Causa Ratione Contractu ineundi Matrimonij eiusdem olim Petri Wyszynski parentis sui cum Generosa Barbara Baykowska filia olim Generosi Jacobi Baykowski Camerarij T[errae] Bielscensis manibus suis subscript[um] ac Vadio Quinque Millium florenorum Polonicorum firmati et Actis Castren: Nurensi roborati quo mediante conditiones Omnes in eodem Contractu expressas explere et exequi sub Vadio supraescripto se inscripserunt et submiserunt Cui contraveniendo nec Vadium appositum metuendo conditioni eidem Contractui apposita sic sonanti: A Wyprawy we złocie y we srebrze złotych Tysiącz dacz maią non satisfecerunt siquidem Quingentos florenos polonicales in eodem auro argento eidem Generoso Petro Jatbrzyk Wyszynski parenti suo seu sibi Actori Generoso Subiudici non reddiderunt

86205

nec persolvissent imo circa se retinuissent per quod eidem contractui contrave
nissent quo facto Vadium appositum Quinq Millium Florenorum Pollm.
succubuissent ad quod super Vobis et bonis Vestris Omnibus decerni
et nihilominus ut eidem contractui in toto satisfacerent Iudice
perductorum, et obtentorum per quod in pœnam Bannitionis incidissent
ad quam super Vobis et bonis Vestris Omnibus decernendam per mi
nisterialem publicandam citantur. Citatione ipsa de his latius. Hodier
no in Termino ex eadem citatione ad præsens legitime provenienti. Parti
bus ipsis Utrinque, Actore per Generosum Subiudicem à se et nominibus
suis citatis verò per Generosos Sophiam Wyszoniczowna et Paulum Bay
kowski à se et ab alijs: comparentibus, et Terminum attentantibus ac mu
tuis controversijs inter se decertantibus. Judicium præsens Castrense Capitanea
le Bransense: controversijs earundem partium iudicialiter factis exaudi
tis, bene obtento processu, hac in causa adinventa, citatis providere de
crevit, Tandem inhærendo negativæ exceptioni citatorum eisdem in
instanti Iuramento Corporali ignorantiam processus [illegible] decrevit.
quod iuramentum quoniam Actor citatis libere iudicialiter indulsit
ideo cassato processu super Originalem citationem respondere iniunxit.
In Originali autem responsione quantum attinet Generosam Wyszoni
czowna Quia ipsa non pertinet ad Successionem post olim Reverendi
Suffraganeum Posnaniensem. ideo ipsam pro interesse eius non te
neri ad ferendum onus actionis præsentis censuit et eandem
liberam fecit. Præterea quantum spectat Generosum Paulum Baykow-
ski olim Sebastiani filium. Quoniam desijt esse possessor bonorum Bay
ki et Generosus Thomas Baykowski uti iuris quæsitor bonorum
Omnium post olim suprascriptum Suffraganeum onus causæ præsentis
in se suscipit, ideo et eundem Paulum olim Sebastiani filium libe
rum fecit et pronunciavit. Postmodum Generosus Thomas Baykowski
pro interesse suo allegavit incompetentemque Actorem et actionem his ex
rationibus esse probavit, primum quod Generosus Subiudex Terræ Bie
scensis est incompetens. Actor siquidem Paraphernalia pro quibus
res est actioque præsens intentata non incumbit Generoso Matthæo
Wyszynski sed successoribus Generosi Petri Wyszynski nepotibus moder
ni actoris quorum mater Paraphernalia, pro usu et ornamento suo

suo post decessum patris pupillorum pro se recepit, secunda ratio quod
causa praesens ratione Paraphernaliorum non validitat, intent non soli
iuxta contractum per Generosos Bajkowskie cum olim Generoso Petro
Wyszynski ratione Matrimony confectum per sublationem suprascripto
rum paraphernaliorum est sublata siquidem statim post contractum
Matrimonium olim suprascriptus Generosus Petrus Wyszynski su
prascripta Paraphernalia ad Ornamentum muliebrem ~~decentia~~
decentia pro se recepit Rigore quorum eidem consorti suae nihil
amplius à originali summa non excedens quatuor Millium florin
pollon adscripsit quibus dictis ob incompeten Actorem et actio
nem petijt se se pars citata ab incompetenti tractu juris videli
cet Actore et Actione pronunciari salvis sibi caeteris beneficijs
juris in robore reservat reservandis:.. Ex adverso pars Acto
rea refutando diffugiosas exceptiones partis citatae probandoq[3] compe
tentiam Actoratus et Actionis suae, produxit inversam inter se et
olim Reverendum Suffraganeum Poznaniensem confectam et Actis ac
Radio roboratam. ex qua lucide apparet expeditionem praefatam
in Auro et Argento nulli cuipiam nisi sibi ipsi pertinere quae huc
usq ex integro iuxta eandem inversam non sunt sibi reddita, eaq[3]
moderna Generosae Szczorkowska minime pertinere siquidem
ipsa Reformationem Totalem respectu importationis summae et ex
peditionis per olim Maritum eius inscriptam recepit, et quietationem
fecit, quibus legitime productis, petijt competenti Actore et Actione
adinventis ad directam responsionem citatos stringi aliys probatio
nibus salvis per omnia permanentibus. Et Judicium praesens Castrense
Capitaneale Brancense controversijs earundem partium exauditis
et intellectis, competenti Actore et Actione adinventis eidem Thomae
tam pro interesse ipsius quam et Generosi Pauli directe respondere
mandavit, nec appellationem ab eodem Decreto per citatam partem ad
Tribunal Regni interpositam, quia causa ad inscriptionem pertinens
iure communi prohibente et parte Actorea impugnante, admisit de
qua non admissa item et prosequenda ex parte citata contra Judicium
et partem Actoream est protestatum, Judicium vero se id non temere sed
iure mediante fecisse est reprotestatum, Tandem in directa responsione

86 305

à prioribus exceptionibus et rationibus non exceden petijt se se proprio rem Iuxta Regestrum et compensationem Aurifabrorum paraphernalia pro quibus res est non Mille floren polon sed Mille Centum Triginta quinq flore Polon. Flocer pendunt, quibus si modernus Actor non est contentus petijt sibi suprascripta Paraphernalia per Actorem restitui certiq pro cuiusmodi Paraphernalijs Mille floren polon Iuxta Nexus Contractus Soluturos se parati sunt. alioquin petijt se propriorem ad evadendum prout omnem expeditionem in Auro Argento et Paraphernalibus iuxta interversam et Regestrum per se Porrectum ex integro restituit adinvenirj. Ex adverso Actoria pars allegavit Regestrum per Citatam partem productum non esse veale siquidem ea omnia prout sunt scripta non sunt extradita et minoris valoris nam etenim in eiusmodi Clenodijs tantum ad Tvecentos Quadraginta florenos extradidisse non negatur. de caetero vero cum quietatione authentica seu etiam alio scripto non probatur restituisse. causa vero ad rescriptionem Vertitur. quod non nisi sola quietatione tollitur. petijt citatos ad satisfactionem contractui integram Decreto suo stringi aut etiam propriorem ad probandum prout ex integro sibi non sunt extradita cognosci. alijs probationibus hic et in Omni Iudicio salvis sibi praeservatis. Et Iudicium hoc idem Castrense Capitaneale Bransense controversijs earundem partium expauditis, eo attento Quoniam Generosus Subiudex vnus Actorum Iudicialiter agnovit in parte eiusmodi expeditionis in Auro et Clenodijs ad Tvecentos Quadraginta florenos Polonicales aestimata recepisse Ideo ea in parte citatam liberum fecit et pronunciavit Ratione vero residuitatis propriorem citatum ad evadendum quam Actorem ad comprobandum adinvenit, et decrevit, vt citatus cum duobus testibus sibi similibus Iuramento corporali super effigiem Passionis Iesu Crucifixi evadat in eam Iuramenti rotam prout omnem expeditionem in auro argento clenodijs et Paraphernalibus adhuc olim Generoso Petri Wyssrinski filio et Patri Actorum ac Consorti eius ex integro reddidit, restituit, et nihil tam parens ipsius quam et olim Reverendissimus Suffraganeus Poznaniensis ac ipse citatus circa se retinuit ad restituendumq nihil

teneretur Deo Omnipotente ita ipsum cum eius testibus adiuvante ideo
in sequentibus Iudicialibus Terminis proximus in Curia Regia Bransken
celebrandis. in quibus parti utriusque ad exequenda praemissa ac id
quod iuris erit decernendum paratum et peremptorium praefixit
et conservavit. A quo Decreto Actorea pars ad Iudicia Ordina
ria Generalia Tribunalis Regni Lublinensis appellavit. cui appe
lationem Iudicium hoc idem admisit. Terminumque prosequendae
et Continuandae eiusmodi appelationis in illis Iudiciis Tribunalitiis
Regni Lublinensis inter Causas Palatinatus Podlachiae Districtus
Bransken proxime celebrandis dum et quando ad iudicandum legi
time inciderit, parti utrique paratum et peremptorium praefixit
et conservavit.

G. Grzÿmek Krasowski PTB. In Termino Consito. **Lucrum**

In Termino hodierno ex Aresto in praeteritis Terminis Iudicialibus no
mine citatorum imposito rigoreque Iudiciorum eorundem ob intervenientes
literas Regum expeditionis bellicae limitationis et praefixionis Termi
ni in modernos Terminos Iudiciales legitime devenientes et incidente
conservato. Generosus Albertus Grzÿmek Krasowski Pincerna Terrae
Bielscen. in Domanowo Actor Nobilem Annam Holowczan
ka relictam consortem et filios eius honestos Casimirum Augustinum
et filias Bogumilam et Annam filias ex olim Stephano Mateszÿlanski
Italo aligenigena genitos citatos Iudicium praesens per Ministerium
Regni Generalem Nobilem Benedictum Proszenski ultra iuris formam
Diebus quatuor clamatos et non comparentes in lucro suo pro toto
simulque prioris condemnationis iterum post Arestum per Nobilem
Andream Brzozowski nomine citatorum in praeteritis Terminis Iu
dicialibus impositum ex Regestri Ordine ac admissione Iudicii praesentis
condemnavit iuxta suam originalem citationem contra ipsos extradatis.
Franciscus Ioannes in Kloczew Leznowolski Bransken. etc. Capitaneus
Rigore Regio et Nostra Capitaneali authoritate Vobis Nobilibus Annae
Holowczanka relictae consorti et filiis tuis honestis Casimiro et Augustino
filiis Bogumilae et Annae filiabus ex olim Stephano Mateszÿlanski
Italo aligenigene genitis in Polonia iisque summam pecuniariam habentibus
ex eadem summa pecuniaria quae praesenti citatione in eius bonis apud Magnificum
Stanislaum Jablonowski Senatorem Terrae Krerensis arestatata est et nunc
arestetur.